

SILVO KOPRIVA  
Ljubljana

UDK 886—1=03.71

## BOJ — EXAMEN APIUM

(Fran Levstik)

Examén apiúm ruit sonántum.  
Sursum voce alacri volans strepebat.  
Per nubes tonitrus tonat repente,  
Dira fulmina conflagrante corusca,  
Imbres praecipites ruunt frequentes —  
Matre mox spoliatae apes sua sunt.

Voces tristiter absque matre reddunt,  
Quam moestae studiose ubique quaerunt,  
Et cum non valeant adinvenire,  
In casu pereunt suo silentes.

Quod sincere adamaveram, iuventae  
Iam ipsi mi quoque perditum est diebus  
Quaerebamque dehinc diu salutem.  
Dein se amplectier haud dedit mihi unquam!  
Desperatio me flagellat usque,  
Nunc miser dubitans vagor per orbem.

## PRVI POLJUB — PRIMUM OSCULUM

(Fran Levstik)

Sólitárius, héu, núnc recubó vigíl,  
Candelae mihi lux fulget et audio  
Huc rotae strepitus usque molendini;  
Dudum vicus et arx in requie iacent,  
Circumque in domibus cuncta quieta sunt.

Dormi dulciter, o virgo venusta mi,  
Caelestis requies corde sit in tuo!  
Clementes operi, cara, oculos tuos,  
Supra te fluitet cum mea mens memor!

Primum a me data sunt oscula feminae  
Hoc die tenerae vespere mitia;  
Cum cupidine nunc gaudia dimicant  
In me, protinus ut sumere cuspitem  
Monstrandae cupidus laetitiae velim!